

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verecundia m
cum uariis

Sicut uerecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum sapientie est, bonum uero erubescere fatuitatis. Qui erubescit mala penitendo que fecit, ad uite libertatem peruenit; qui uero erubescit bona facere, a statu rectitudinis cadit, atque ad dampnationem tendit, sicut per redemptorem dicitur: Qui me erubuerit et meos sermones et cetera.

Gregorius in omelia X. super Ezechielem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dicitur *om.* B; erubuerit] erubescit P V¹ V² L¹ L²